6.27

150 × 215 S. Gallen 947 s. XV

ca. m.

p. 89 Versus de provinciis

Roma potens veneranda Ravenna britonica pauper
Nobilis india fertilis anglia francia dulcis
Flandria garrula (flavia provida grecia prudens
Dives agrippina (R)(m) treneris pia magna papia
Austria larga datrix clamosa citoque movetur
In mensa locuples sibi neque turpia fatur
Iniustos homines nutrit vngaria multos
Swevia promissa percepto munere frangit
Vitat turpe loqui quia nobilis atque superba   no (a. Hd.)
Provida lasciva bavaria letaque fallax
Est quoque subtilis in constans et socialis
Decipitur leviter devota moravia multum
Insulsus frisons audax bibulusque bohemus
Misna bonos habet mores hospitat atque facunda
Sunt fures corvi saccis binique thuringi
Hassia de predis gaudet mendax quoque dura
Stulticiam vitat saxonia vita pudica
Non indiscrete tribuit quia prodiga non est
Abscondit Westphalia res discreta quieta
Est satis ipsa tenax ibi regnat femina pulchra
Multum franconica subtilis habet bona vina
In mensa locuples modica fragilis quoque tenax
Anglicus a tergo caudam gerit est peius ergo